



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 80. Francisci Mariæ a Monte Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII fractasque in portum Pilaviensem re-
 A. C. 1627. pulit.

§. LXXX.

*Francisci Mariæ a Monte Cardinalis
 obitus.*

*Ciacon. in
 vita Sixti V.
 Ughel. in
 addit.*

Hoc item anno ex Purpuratis diem
 vigesimam septimam Augusti vite
 suæ supremam habuit Franciscus Ma-
 ria a Monte, ex Marchionibus de Mon-
 te S. Mariæ Venetiis natus. Hic Ro-
 mam nondum adulta ætate delatus, ob
 pietatis & doctrinæ præstantiam, mo-
 rumque suavitate Alexandro Sixto
 & Ferdinando Medicæo Cardinalibus
 apprimè charus, a Sixto V. Apostoli-
 cus, ut vocant, *Referendarius* nomina-
 batur, Medicæo autem Purpuram
 exuente, Cardinalium Collegio adscri-
 ptus, ad varios Ecclesiarum titulos, ac
 postremo illum sanctæ Mariæ in Arace-
 li cooptatus est, Congregationibus Sa-
 crorum rituum, Signaturæ gratiæ,
 Fabricæ S. Petri, aliisque multis Ec-
 clesiæ negotiis præfectus: Nec imme-
 rito tot dignitates, honoresque prope-
 cursu in unum Franciscum conflue-
 bant, qui nativis clementiæ, pietatis,
 omniumque virtutum studiis cunctorum
 in se vota & affectus converterat, libe-
 ralis in pauperes, beneficus erga ami-
 cos,

cos, profusus in divini cultus augmen- Sæc. XVII.
 tum, nunquam nisi erga seipsum par- A. C. 1627.
 cus, semper atque ad ultimam senectu-
 tem usque Ecclesiasticis functionibus
 suis intentus; Vir Zelo plenus, virtu-
 tum amator & literatorum fautor.
 Obiit Romæ sacri Collegii Decanus an-
 no ætatis suæ septuagesimo octavo, se-
 pultus in Ecclesia sancti Urbani. Scri-
 psit relationes de vita & Canonifatio-
 ne Sanctorum quinque, quos Grego-
 rius XV. necnon relationem de vita
 B. Elisabethæ, quam Urbanus VIII.
 Sanctis adscripsit.

§. LXXXI.

Dominici Rivarolæ Cardinalis mors.

Hujus Cardinalis obitum prævenerat Ughel. Ital.
 Dominicus Rivarola Genuensis Pa- Sæcra.
 tricius, die quarta Januarii Romæ de- Ciacon. in
 functus. Hic Genuæ Canonicus, ut vita. Poul. V.
 Horatii Spinolæ Archiepiscopi iram de-
 clinaret, Romam venit, ubi in Scipio-
 nis Burghesii Cardinalis famulatum
 admissus, rursus eidem exosus erat:
 ut vero pariter summo Pontifici invisus
 redderetur, ab æmulis suis ad nego-
 tium quoddam, quo sibi Pauli V. in-
 dignationem incurfurus certo credeba-
 tur, destinatus est: verum ex ipsa inten-
 tata adversantis fortunæ malevolentia

Rr 2

firmæ